



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XCIIII. De lege naturali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ptionem, spiritu Dei aguntur secundum illud Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. ergo non omnes homines sunt sub lege aeterna.

¶ 2. Prax. Apostolus dicit ad Rom. 8. Prudentia carnis inimica est Deo, legi enim Dei subiecta non est: sed multi homines sunt, in quibus prudentia carnis dominatur, ergo legi aeternae, quae est lex Dei, non subijciuntur omnes homines.

¶ 3. Prax. Aug. dicit in 1. de lib. arb. q. lex aeterna est, quia mali miseriam, boni uitam beatam merentur: sed homines iam beati, vel iam damnati non sunt in statu merendi, ergo non subijciuntur legi aeternae.

SED CONTRA est, qd dicit Aug. dicit 19. de ci. Dei. Nullo modo aliquid legibus summi Creatoris ordinationis; subtrahitur, a quo pax vniuersitatis administratur.

RESPON. Dicendum, qd duplex est modus, quo aliquid subditur legi aeternae, vt ex * supradictis patet. Vno modo, in quantum participatur lex aeterna per modum cognitionis. Alio modo, per modum actionis, & passionis, in quantum participatur per modum interioris principii motiui: & hoc secundo modo subditur legi aeternae irrationales creaturae, vt * dictum est. Sed quia rationalis natura cum eo, quod est commune omnibus creaturis, habet aliquid sibi proprium in quantum est rationalis: ideo secundum vtrumque modum legi aeternae subditur, quia & horum leges aeternae aliquo modo habet, vt * supra dictum est: iterum vniuique rationali creaturae inest naturalis inclinatio ad id, quod est consonum legi aeternae. Sumus. n. innati ad habendum virtutes, vt dicitur in 2. * Ethic.

Vterq; tamen modus imperfectus quidem est, & quodammodo corruptus in malis, in quibus & inclinatio naturalis ad virtutem deprauatur per habitum vitiosum: & iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebratur per passiones, & habitus peccatorum. In bonis autem vterque modus inuenitur perfectior, quia & supra cognitio naturalis boni superadditur eis cognitio fidei & sapientiae: & supra naturalem inclinationem ad bonum, superadditur eis interioris motiui gratia: & virtutis. Sic igitur boni perfecte subijciuntur legi aeternae, tanquam semper secundum eam agentes: mali autem subijciuntur quidem legi aeternae, imperfecte quidem quantum ad actiones ipsorum, prout imperfecte cognoscunt, & imperfecte inclinatur ad bonum: sed quantum deficit ex parte actionis, suppletur ex parte passionis, prout. I. tantum patiuntur, quod lex aeterna dicitur de eis, in quantum deficiunt facere, quod legi aeternae conuenit. vñ Aug. dicit in 1. de * lib. arb. Iustus sub aeterna lege agere existimo. & in * lib. de catechizandis rudibus dicit, quod Deus ex iusta miseria animarum se deserentium conuenientissimis legibus inferiores partes creaturae suae nouit ordinare.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd illud verbum Apostoli potest intelligi dupliciter. Vno modo, ut esse sub lege intelligatur ille, qui non est obligatus legi subditur quasi cuidam ponderi, unde * glo. ibidem dicit, qd sub lege est, qui timore supplicii, qd lex minatur, non amore iustitiae a malo opere abstinere: & hoc modo spirituales viri non sunt sub lege, quia per charitatem, qua Spiritus sanctus cordibus eorum infundit, uoluntarie id quod legis est, implent. Alio modo potest etiam intelligi in quantum hominis opera, qui Spiritus sanctus agit, magis dicuntur esse opera Spiritus sancti, quam ipsius hominis, vnde cum Spiritus sanctus non sit sub lege, sicut nec Filius, vt * supra dictum est, sequitur qd huiusmodi opera in quantum sunt Spiritus sancti non sunt sub lege: & huic attestatur qd Apo.

A dicit 2. ad Cor. 3. Vbi Spiritus domini, ibi libertas.

AD SECUNDUM dicendum, qd prudentia carnis non potest subijci legi Dei ex parte actionis, quia inclinatur ad actiones contrarias legi diuinae: subijciatur tamen legi Dei ex parte passionis, quia meretur pati penam secundum legem diuinae iustitiae. Nihilominus tamen in nullo homine ita prudentia carnis dominatur, qd totum bonum naturae corrumpatur: & ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea, quae sunt legis aeternae. Habitum est enim * supra, quod peccatum non tollit totum bonum naturae.

AD TERTIUM dicendum, quod idem est, per quod aliquid conseruatur in fine, & per quod mouetur ad finem, sicut corpus graue grauitate quiescit in loco inferiori, per quam etiam ad locum ipsum mouetur. Et sic dicendum est, quod sicut secundum legem aeternam aliqui merentur beatitudinem, uel miseriam: ita per eandem legem in beatitudine, uel miseria conseruantur, & secundum hoc beati, & damnati subijciuntur legi aeternae.

QVAESTIO XCIII.

De lege naturali, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de lege naturali.

ET CIRCA hoc quaeruntur sex.

¶ Primo, Quid sit lex naturalis.

¶ Secundo, Quae sint praecipua legis naturalis.

¶ Tertio, Vtrum omnes actus virtutum sint de lege naturae.

¶ Quarto, Vtrum lex naturalis sit vna apud omnes.

¶ Quinto, Vtrum sit mutabilis.

¶ Sexto, Vtrum possit a mente hominis deleri.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex naturalis sit habitus.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur qd lex naturalis sit habitus: quia vt * Philosophus dicit in 2. Ethic. tria sunt in anima, potentia, habitus, & passio: sed naturalis lex non est aliqua potentiarum animae, nec aliqua passionum, ut patet enumerando per singula, ergo lex naturalis est habitus.

¶ 2. Prax. Basilius dicit, quod conscientia, siue synderesis, est lex intellectus nostri, quod non potest intelligi nisi de lege naturali: sed synderesis est habitus quidam, ut in primo * habitum est, ergo lex naturalis est habitus.

¶ 3. Prax. Lex naturalis semper in homine manet, vt * infra patebit: sed non semper ratio hominis, ad quam lex pertinet, cogitat de naturali lege, ergo lex naturalis non est actus, sed habitus.

SED CONTRA est, quod * Aug. Prima Secunda S. Tho.

Super Questionis nonagesimam quartam.

IN q. 94. primo notandum est pro intellectu multorum artic. coiter, deinde singillatim dicitur. In comuni igitur scito, qd quemadmodum in speculatiuis per prima principia comunissima, inueniuntur prima principia per se nota in Geometria, in Arithmetica, &c. ita in practicis praeter comunissima praecipua prima, scilicet bonum prosequendum, malum esse uitandum, sunt propria praecipua, et prima in illo in ordine, ita qd in vnumquemq; inclinationis naturalis gradum sunt aliqua praecipua prima, ut principia propria per se nota, & reliqua praecipua secundaria, conclusiones ex eis dependentes. v.g. In homine sunt tres inclinationes naturales scilicet ad esse, & uiuere, ad generationem, & ad rationaliter se habendum ad se, & alios: prima praecipua in singulis inclinationibus sunt de fine primario illius habendo, conferuando, conseruando; & de illius contrariis uitandis: secunda autem praecipua sunt de fine secundo eiusdem inclinationis, & illius contrariis, & et facilitate, & difficultate praecipua primario finis. v.g. In inclinatione nostra

Cap. 5.

p.p. q. 99. art. 12.

Arti. 5. huius q. 92.

Ca. 27. paulo a princ. to. 6.

CC 3 esse

Cap. 27. cir- ca prin. 6.

esse, & uiuere, comedere, non comedere, pertinent ad prima pcepta: quia comestione conseruatur vita, quae est primarius finis illius, & non comedendo, absque du bio destruitur. Tali autem cibo vel potu uti, quibus homo ad propriam uiam, q est finis secundarius iustitiae utitur, ppter ad secundaria pcepta eiusdem inclinationis, ad q est spectat moderamē cibi, potus, & exercitii, quibus facilius uita conseruatur, & horū cōtraria, iuxta doctrinam authoris in 1. Sent. dist. 33. q. 1. Propter qd qn legis aliqd esse cōtra prima pcepta legis naturae, non recurras statim ad cōmū nissima pcepta, quia sunt prima simpliciter, sed respice i qua materia est sermo, & curre ad pcepta prima in illo ordine, & inuēdo primariū finē nō quo ad bene esse, sed quo ad esse, picipies qd ueritatis habeant, q legis, &c. Et qn principia prima in tali ordine reducuntur ad prima simpliciter, & dependent ab eis, & defenduntur ab illis: & rursum principia prima in tali ordine licet secundum se sint p se nota, nō oportet eē p se nota quo ad nos, ac p hoc cōtingit, q sunt fm se principia p se nota, esse quo ad nos conclusiones, idcirco prima pcepta ppta illi inclinationi ad uiuere, appellant quādoque conclusiones, uel quasi cōclusiones, & secundaria pcepta respectu primorum simpliciter, & quo ad nos.

¶ Ad singulos autē articulos deueniendo, in primo manda memoria, q synderesis est habitus legis naturalis, nō lex ipsa, ppta loquendo. In secūdo, q oīa pcepta legis naturae radī cātur in uno primo, rōne cuius est lex uia. In tertio q actus fm suā spēm mouent materialiter sumpti, v.g. comedere i cēna aut prandio gallinā, est actus uirtuosus uis, & uirtuosus aliteri & sic de aliis. In quarto, q resolutio

q. 90. art. 1. ad 2.

dicit in lib. de Bono cōiugali, * q habitus est, quo aliquid agitur cū opus est: sed naturalis lex non est huiusmodi: est enim in paruulis, & damnatis, qui per eam agere non possunt, ergo lex naturalis non est habitus.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest dici esse habitus dupliciter. Vno modo, proprie & essentialiter, & sic lex naturalis non est habitus. Dicitur est. n. * supra, q lex naturalis est aliquid per rationem constitutum: sicut etiā propositio est quoddam opus rationis. non est autem idem quod qd agit, & quo quis agit: aliquis enim per habitum Grammaticae agit orationem congruam. Cū igitur habitus sit quo quis agit, non potest esse, quod lex aliqua sit habitus proprie, & essentialiter. Alio modo potest dici habitus id quod habitus tenetur, sicut dicitur fides id quod fide tenetur. & hoc modo quia pcepta legis naturalis quandoque considerantur in actu a ratione, quādoque autem sunt in ea habitualiter tantum, secundum hunc modum potest dici, quod lex naturalis sit habitus: sicut etiam principia indemonstrabilia in speculatiuis non sunt ipsi habitus principiorum, sed sunt principia, quorum est habitus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q Philosophus intendit ibi inuestigare genus uirtutis, & cum manifestū sit, quod uirtus sit quoddam principium actus, illa tantum ponit quae sunt principia humanorum actuum, scilicet potentias, habitus, & passionēs. Præter hæc autem tria sunt quaedam alia in anima, sicut quidam actus, ut uelle est in uolente, & etiam cognita sunt in cognoscente, & proprietates naturales animae insunt ei, ut immortalitas, & alia huiusmodi.

AD SECUNDVM dicendum, q synderesis dicitur lex intellectus nostri, in quantum est habitus cōtinens pcepta legis naturalis, quae sunt prima principia operū humanorum.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa concludit, quod lex naturalis habitualiter tenetur, & hoc concedimus.

Ad id uero quod in contrariū obicitur, dicendum, q eo quod habitualiter inest, quandoque aliquis uti non potest p aliqd impedimentum, sicut homo nō potest uti habitu sciētiae p somnū: & similiter puer nō potest uti habitu intellectus principiorum, uel

F et lege naturali, quae ei habitualiter inest, propter defectū aetatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex naturalis contineat plura pcepta, uel unum tantum.

AD SECUNDVM sic procedit. Videtur, q lex naturalis non contineat plura pcepta, sed unum tantum. Lex. n. continetur in genere pcepti, ut * supra habitū est. si igitur essent multa pcepta legis naturalis, sequeretur qd essent multae leges naturales. ¶ 2 Præ. Lex naturalis consequitur hominis naturam: sed humana natura est una secundum partem, licet sit multiplex secundum partes. aut ergo est unum pceptū tantum legis naturae propter unitatem totius, aut sunt multa secundum multitudinem partium naturae humanae: & sic oportet, q etiam ea, quae sunt de inclinatione concupiscibilis, pertineant ad legem naturalem.

¶ 3 Præ. Lex est aliquid ad rationem pertinens, ut * supra dictum est: sed ratio in homine est una tantum, ergo solum unum pceptum est legis naturalis.

SED CONTRA est, quia sic se habent pcepta legis naturalis in homine quantum ad operabilia, habent prima principia in demonstratiuis: sed in demonstratiuis sunt plura, ergo pcepta legis naturae sunt plura.

RESPON. Dicendum, q sicut * supra dictum est, pcepta legis naturae hoc modo se habent ad rationem practicum, sicut principia prima demonstratiuum se habent ad rationem speculatiuum: ut enim sunt quaedam principia per se nota. Dicitur autem aliquid per se notum dupliciter. Vno modo, secundum se: alio modo, quo ad nos. Secundū se quidem quaelibet propositio dicitur per se nota, & practicum est de ratione subiecti: contingit tamen q ignoranti diffinitionem subiecti talis propositio non erit per se nota, sicut ista propositio. Homo rationale, est per se nota secundum suam naturam, & tamen ignorans quid sit homo, hæc propositio non est per se nota, & inde est, quod sicut dicit * Boet. in lib. de Hebdomad. Quaedam sunt dignitates, uel propositiones, quae se nota communitate omnibus: & huiusmodi sunt illae propositiones, quarum termini sunt omnino noti, ut, Omne rotum est maius sua parte, & Quod uni & eidem sunt æqualia, sibi inuicem sunt equalia. Quaedam uero propositiones sunt per se nota sapientibus, qui terminos propositionum intelligunt quid significant: sicut intelligenti, quod angelus est corpus, per se notum est, quod non est carum, & quod est in loco, quod non est manifestum rudibus, hoc non capiunt. In his autem, quae in apprehensione hominum cadunt, quidam ordo inuenitur: illud quod primo cadit in apprehensione, est & ceteris ius intellectus includitur in omnibus, quacumque apprehenduntur.

doctrinae... calce... sum... dicitur... in... clu... legis non... apud... & case... humani... tunc... ris, uel... ter illud... dicitur... qd p... cū... No... prima... sed prima... bet ordine... mutabilia... ti disp... na, ut... patebe... ois sub... sexto... daria p... primis p... tali ord... & de... cordibus... nō apud... nota... prima... tali n... tia eman... iuanis... ter esse...

apprehendit: & ideo primum principium indemonstrabile est, quod non est simul affirmare, & negare, quod fundatur supra rationem entis, & non entis, & super hoc principio omnia alia fundantur, ut dicitur in 4. Metaph. Sicut autem ens est primum, quod cadit in apprehensione simpliciter, ita bonum est primum quod cadit in apprehensione practicae rationis, quae ordinatur ad opus. Omne enim agens agit pro fine, qui habet rationem boni: & ideo primum principium in ratione practica est, quod fundatur supra rationem boni, quae est, Bonum est, quod omnia appetunt. Hoc est ergo primum praecipuum legis, quod bonum est faciendum, & prosequendum, & malum vitandum: & super hoc fundantur omnia alia praecipua legis naturae, ut scilicet omnia illa facienda, vel vitanda pertineant ad praecipua legis naturae, quae ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana. Quia vero bonum habet rationem finis, malum autem rationem contrarii: inde est, quod omnia illa ad quae homo habet naturalem inclinationem, ratione naturaliter apprehendit ut bona, & per consequens ut opere prosequenda, & contraria eorum ut mala, & vitanda. secundum igitur ordinem inclinationum naturalium est ordo praecipuorum legis naturae. Inest enim primo inclinatio homini ad bonum secundum naturam, in qua cohaeret cum omnibus substantiis, prout scilicet qualibet substantia appetit conservationem sui esse secundum suam naturam: & secundum hanc inclinationem pertinent ad legem naturalem ea, per quae vita hominis conservatur, & contrarium impeditur. Secundo inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundum naturam, in qua cohaeret cum ceteris animalibus: & secundum hoc dicuntur ea esse de lege naturali, quae natura omnia animalia docuit, ut est comestio carnis, & feminae, & educatio liberorum, & similia. Tertio modo inest homini inclinatio ad bonum secundum naturam rationis, quae est sibi propria: sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc, quod veritatem cognoscit de Deo, & ad hoc, quod in societate vivat: & secundum hoc ad legem naturalem pertinent ea, quae ad huiusmodi inclinationem spectant, ut pote quod homo ignorantiam vitet, quod alios non offendat cum quibus debet cohabitare, & cetera huiusmodi quae ad hoc spectant.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnia ista praecipua legis naturae, in quantum referuntur ad unum primum praecipuum, habent rationem unius legis naturalis.

AD SECUNDUM dicendum, quod omnes huiusmodi inclinationes quarumcumque partium naturae humanae, puta, concupiscibilis & irascibilis, secundum quod regulantur ratione, pertinent ad legem naturalem, & reducuntur ad unum primum praecipuum, ut dictum est: & secundum hoc sunt multa praecipua legis naturae in seipsis, quae tamen communicant in una radice.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio in se una sit, tamen est ordinaria omnium, quae ad homines spectant: & secundum hoc sub lege rationis continentur omnia ea, quae ratione regulari possunt.

ARTICVLVS III.

Utrum omnes actus virtutum sint de lege naturae.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod non omnes actus virtutum sint de lege naturae. Quia ut supra dictum est, de ratione legis est, ut ordinetur ad bonum commune: sed quidam virtutum actus ordinantur ad bonum priuatum alicuius, ut patet praecipue in actibus temperantiae, ergo omnes actus virtutum legi subdunt naturali.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnia peccata aliquibus virtuosis actibus opponuntur. Si igitur omnes actus virtutum sint de lege naturae, videtur ex consequenti, quod omnia peccata sint contra naturam: quod tamen specialiter de quibusdam peccatis dicitur.

AD SECUNDUM ergo dicendum, quod in his, quae sunt secundum naturam, omnes conueniunt: sed in actibus virtutum non omnes conueniunt. aliquid enim est virtuosum vni, quod est alteri vitiosum, ergo non omnes actus virtutum sunt de lege naturae.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit in 3. li. quod virtutes sunt naturales, ergo & actus virtuosus subiacet legi naturae.

RESPOND. Dicendum, quod de actibus virtuosis dupliciter loqui possumus. Vno modo in quantum sunt virtuosus: alio modo in quantum sunt tales actus in propriis speciebus considerati. Si igitur loquimur de actibus virtutem in quantum sunt virtuosus, sic omnes actus virtuosus pertinent ad legem naturae. * dictum est enim, quod ad legem naturae pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur secundum suam naturam. Inclinatur autem vnumquodque naturaliter ad operationem sibi conuenientem secundum suam formam, sicut ignis ad calefaciendum: unde cum anima rationalis sit propria forma hominis, naturalis inclinatio inest cuiuslibet homini ad hoc, quod agat secundum rationem, & hoc est agere secundum virtutem: unde secundum hoc omnes actus virtuosus sunt de lege naturali. dicitur enim hoc naturaliter vnicuique propria ratio, ut virtuosus agat. Sed si loquimur de actibus virtuosis secundum seipsos, prout scilicet in propriis speciebus considerantur, sic non omnes actus virtuosus sunt de lege naturae. Multa enim secundum virtutem fiunt, ad quae natura non primo inclinatur: sed per rationis inquisitionem ea homines adinuenerunt, quasi vtilia ad bene viuendum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod temperantia est circa concupiscentias naturales cibi, & potus, & venereorum, quae quidem ordinantur ad bonum commune naturae, sicut & alia legalia ordinantur ad bonum commune morale.

AD SECUNDUM dicendum, quod natura hominis potest dici vel illa quae est propria hominis, & secundum hoc omnia peccata in quantum sunt contra rationem, sunt etiam contra naturam, ut patet per Damascenum in 2. li. * vel illa quae est communis homini, & alijs animalibus: & secundum hoc in quaedam specialia peccata dicuntur esse contra naturam, sicut contra commissionem maris, & foeminae, quae est naturalis omnibus animalibus, est concubitus masculorum, quod specialiter dicitur vitium contra naturam.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit de actibus secundum seipsos consideratis. Sic enim propter diuersas hominum condiciones contingit, quod aliqui actus sunt aliquibus virtuosus tanquam eis proportionati, & conuenientes, qui tamen sunt alijs vitiosus, tanquam eis non proportionati.

ARTICVLVS IIII.

Utrum lex naturae sit una apud omnes.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod lex naturae non sit una apud omnes. Dicitur enim in Decretis dist. 1. * quod ius naturale est, quod in Lege & in Evangelio continetur: sed hoc non est commune omnibus, quia ut dicitur Rom. 10. Non omnes obediunt Evangelio. ergo lex naturalis non est una apud omnes.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sunt secundum legem, iusta esse dicuntur, ut dicitur in 5. Ethico. sed in eo libro dicitur quod Prima Secunda S. Tho. CC + nihil

Cap. 14. non procul 25

Ar. praec. 1

Cap. 30. & 35.

9. di. 37. 22. 3. cor. Et 4. dist. 33. q. 1. Ar. 1. cor. & artic. ad 1. * dist. 1. in prim. illius. ca. 2. a medio, & cap. 2. & 7. 10. 5.

nihil est ita iustum apud omnes, quin apud aliquos differretur, ergo etiam lex naturalis non est apud omnes eadem.

Art. 5. huius
quest.

¶ 3. Præ. Ad legem naturæ pertinet id, ad quod homo secundum naturam suam inclinatur, ut supra dictum est: sed diversi homines naturaliter ad diversa inclinantur, alii quidem ad concupiscentiam voluptatum, alii ad desideria honorum, alii ad alia, ergo non est una lex naturalis apud omnes.

Lib. 5. cap. 4.
Art. 2. huius
quest.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in lib. Etymologiarum, * Ius naturale est commune omni nationi.

Text. 2. 3. &
4. rom. 2.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * Ad legem naturæ pertinent ea, ad quæ homo naturaliter inclinatur, inter quæ homini proprium est, ut inclinatur ad agendum secundum rationem: ad rationem autem pertinet ex cõibus ad propria procedere, ut patet ex I. Physic. * Aliter tamen circa hoc se habet ratio speculatiua, & aliter practica. Quia enim ratio speculatiua precipue negotiatur circa necessaria, quæ impossibile est aliter se habere, absque aliquo defectu inuenitur veritas in conclusionibus propriis, sicut & in principiis communibus: sed ratio practica negotiatur circa contingetia, in quibus sunt operationes humane: & ideo si in cõmunibus sit aliqua necessitas, quanto magis ad propria descenditur, tãto magis inuenitur defectus. Sic igitur in speculatiuis est eadem veritas apud omnes tam in principiis, quàm in conclusionibus, licet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus, sed solum in principiis, quæ dicuntur communes conceptiones. In operatiuis autem non est eadẽ veritas, vel rectitudo practica apud omnes quantum ad propria, sed solum quantum ad cõmunia: & apud illos, apud quos est eadem rectitudo in propriis, non est equaliter omnibus nota. Sic igitur patet, quod quantum ad cõmunia principia rationis siue speculatiuæ, siue practicæ, est eadem veritas, seu rectitudo apud omnes, & equaliter nota. Quantum uero ad proprias conclusiones rationis speculatiuæ est eadem veritas apud omnes, non tamen equaliter omnibus nota. Apud omnes enim verum est, quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, quàmuis hoc non sit omnibus notum: sed quantum ad proprias cõclusiones rationis practicæ, nec est eadẽ veritas, seu rectitudo apud omnes: nec etiã apud quos est eadem, est equaliter nota. Apud omnes enim hoc rectum est, & verum, ut secundum rationem agatur. Ex hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria, quod deposita sint reddenda, & hoc quidem, ut in pluribus verum est: sed potest in aliquo casu contingere, quod sit damnosum, & per consequens irrationabile, si deposita reddantur, puta, si aliqua petat ad impugnandam patriam: & hoc tãto magis inueniuntur deficere, quanto magis ad particularia descenditur, puta, si dicatur quod deposita sunt reddenda cum tali cautione, uel tali modo. Quãto enim plures conditiones particulares apponuntur, tanto pluribus modis poterit deficere, ut non sit rectum vel in reddendo, vel non reddendo. Sic igitur dicendum est, quod lex naturæ quantum ad prima principia cõmunia, est eadem apud omnes, & secundum rectitudinem, & secundum notitiã: sed quantum ad quædam propria, quæ sunt quasi conclusiones principiorum cõmunium, est eadem apud omnes etiã ut in pluribus, & secundum rectitudinem, & secundum notitiã: sed ut in paucioribus potest deficere & quantum ad rectitudinem propter aliqua particularia impedimenta sicut etiam naturæ generabiles,

Alias veritas.

F & corruptibiles deficiunt, ut in paucioribus potest impedimenta & etiam quantum ad notitiã. Propter hoc, quod aliqui habent depravatam mentem ex passione, seu ex mala consuetudine, & mala habitudine naturæ: sicut apud Germanos latrocinium non reputabatur iniquum, cum tamen sit expresse contra legem naturæ, ut refert Isidorus in lib. de bello Gallico.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod verbum illud est sic intelligendum, quasi oia quæ in lege & in principio continentur, sint de lege naturæ, cum multa datur ibi supra naturã: sed quia ea quæ sunt de lege naturæ, plenarie ibi traduntur. unde cum dicitur Cæcilianus, * quod ius naturale est, quod in lege, & in principio continetur, statim explicando subiicit, Quod quilibet iubetur alii facere, quod sibi vult fieri.

AD SECUNDUM dicendum, quod verbum Philosophi est intelligendum de his, quæ sunt naturaliter iustas sicut principia communia, sed sicut quædam conclusiones ex his deriuatæ, quæ ut in pluribus habent consuetudinem, & ut in paucioribus deficiunt.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut ratio in homine de lege naturæ, & imperat alijs potest, ita oportet quod inclinationes naturales ad alias potentias pertinentes ordinentur secundum rationem. unde hoc est apud omnes communiter rectum, ut secundum rationem dirigantur omnes hominum inclinationes.

ARTICULVS V.

Utrum lex naturæ mutari possit.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur quod natura mutari possit. Quia super illud Isidorus, 17. Addidit eis disciplinam, & legem vitæ, glossa: * legem literæ, quantum ad correctionem legis naturalis, scribi voluit: sed illud quod corruptum mutatur, ergo lex naturalis potest mutari.

¶ 2. Præ. Contra legem naturalem est occisio innocentis, & et adulterium & furtum: sed ista immutabilia sunt, ergo lex naturæ potest mutari. Item esse mutata a Deo, puta, cum Deus precepit Abrahæ, quod occideret filium innocentem, ut habetur Gen. 22. Et cum precepit Iudeis, ut mutata aegyptiaca vasa subriperent, ut habetur Exod. 12. Et cum precepit Osee, ut uxorem fornicariam acciperet, ut habetur Osee 1. ergo lex naturalis potest mutari.

¶ 2. Præ. Isidorus dicit in lib. Etymolog. * quod deus omnium possessio, & una libertas est de iure naturali: sed hæc videmus esse mutata per leges humanas, ergo videtur quod lex naturalis sit mutabilis.

SED CONTRA est, quod dicitur in Decretis, 5. * Naturale ius ab exordio rationalis creature variatur tempore, sed immutabile permanet.

RESPON. Dicendum, quod lex naturalis potest mutari dupliciter. Vno modo per hoc quod aliquid ei addatur: & sic nihil prohibet legem naturalem mutari. Multa enim supra legem naturalem superadduntur ad humanam vitam vtilia tam per legem naturalem, quàm etiam per leges humanas. Alio modo potest intelligi mutatio legis naturalis per modum conclusionis, ut si aliquid desinat esse de lege naturali, prius fuit secundum legem naturalem, & sic quantum ad prima principia legis naturæ, lex naturæ est immutabilis. Quantum autem ad quædam propria, quæ diximus esse quasi quædam conclusiones propinque primis principiis, sic lex naturalis non immutatur, quin ut in pluribus sit recta

Semper quod lex naturalis habet. potest tamen mutari & in aliquo particulari, & in paucioribus ppter aliquas speciales causas impediens obseruanciam talium praeceptorum, vt supra dictum est. *

AD PRIMVM ergo dicendum, quod lex scripta dicitur esse data ad correctionem legis naturalis, vel quia per legem scriptam suppletur eis, quod legi naturae deerat: vel quia lex naturae in aliquorum cordibus quantum ad aliqua, corrupta erat intantum, vt existimarent esse bona, quae naturaliter sunt mala: & talis corruptio correctione indigebat.

AD SECVNDVM dicendum, quod naturali morte moriuntur omnes cōmunitē tam nocentes, quam innocentes: quae quidem naturalis mors diuina potestate inducitur propter peccatum originale, secundū illud 1. Reg. 2. Dominus mortificat, & viuificat: & ideo absque aliqua iniustitia secundū mandatum Dei potest infligi mors cuiusque; homini vel nocenti, vel innocenti. Similiter etiam adulteriū est concubitus cum vxore aliena, quae quidem est ei deputata secundum legem Dei diuinitus tradita. vnde ad quācumque mulierem aliquis accedat ex mandato diuino, non est adulteriū, nec fornicatio. Et eadem ratio est de furto, quod est acceptio rei alienae, quicquid enim accipit aliquis ex mandato Dei, qui est Dominus vniuersorum, non accipit absque voluntate Domini, quod est furari. Nec solum in rebus humanis quicquid a Deo mādat, hoc ipso est debitum, sed etiam in rebus naturalibus quicquid a Deo fit, est naturale quodammodo, vt in primo dictum est. *

AD TERTIVM dicendum, quod aliquid dicitur esse de iure naturali dupliciter. Vno modo, quia ad hoc natura inclinatur: sicut non esse iniuriam alteri faciendam. Alio modo, quia natura non inducit contrarium: sicut possemus dicere, quod hominem esse nudum est de iure naturali: quia natura non dedit ei vestitum, sed ars adinuenit. & hoc modo communis omnium possessio, & omnium vna libertas, dicitur esse de iure naturali, quia scilicet distinctio personarum, & seruitus non sunt inductae a natura, sed per hominum rationem ad utilitatem humanae vite. & sic etiam in hoc lex naturae non est mutata nisi per additionem.

ARTICVLVS VI.

Vtrum lex naturae possit a corde hominis aboleri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod lex naturae possit a corde hominis aboleri. Quia Roman. 2. super illud. Cū Gentes quae legem non habent &c. dicit glossa: * quod in interiori homine per gratiam innouato, lex iustitiae inscribitur, quam deleuerat culpa: sed lex iustitiae est lex naturae. ergo lex naturae potest deleri.

¶ 2. Praeterea. Lex gratiae est efficacior quam lex naturae: sed lex gratiae deleritur per culpam. ergo multo magis lex naturae potest deleri.

¶ 3. Praeterea. Illud quod lege statuitur, inducitur quasi iustum: sed multa sunt ab hominibus statuta contra legem naturae. ergo lex naturae potest a cordibus hominum aboleri.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in 2. Confess. * Lex tua scripta est in cordibus hominum, quae nec vlla quidem delet iniquitas: sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis. ergo lex naturalis deleri non potest.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * ad legem naturalem pertinent primo quidem quaedam praecepta communissima, quae sunt omni-

A bus nota: quaedam autem secundaria praecepta magis propria, quae sunt quasi conclusiones propinque principijs. Quantum ergo ad illa principia communia, lex naturalis nullo modo potest a cordibus hominum deleri in vniuersali: deleritur tamen in particulari operabili, secundum quod ratio impeditur applicare commune principium ad particulare operabile propter concupiscentiam, vel aliquam aliam passionem, vt supra dictum est. * Quantum verò ad alia praecepta secundaria, potest lex naturalis deleri de cordibus hominum, vel propter malas persuasiones, eo modo quo etiam in speculativis errores contingunt circa conclusiones necessarias: vel etiā propter prauas consuetudines & habitus corruptos: sicut apud quosdam non reputabantur latrocinia peccata, vel etiam vitia contra naturam, vt etiam Apostolus dicit ad Roman. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod culpa deleret legem naturae in particulari, non autem in vniuersali: nisi forte quantum ad secunda praecepta legis naturae, eo modo quo dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod gratia etsi sit efficacior quam natura, tamen natura essentialior est homini, & ideo magis permanens.

AD TERTIVM dicendum, quod ratio illa procedit de secundis praeceptis legis naturae, contra quae aliqui legislatores statuta aliqua fecerunt, quae sunt iniqua.

QVAESTIO XCV.

De lege humana, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de lege humana.

¶ Et primò quidem de ipsa lege secundum se. Secundò, de potestate eius. Tertiò, de eius mutabilitate.

CIRCA primum queruntur quatuor.

¶ Primò, De utilitate ipsius.

¶ Secundò, De origine eius.

¶ Tertiò, De qualitate ipsius.

¶ Quarto, De diuisione eiusdem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit vtile aliquas leges poni ab hominibus. Intentio enim cuiuslibet legis est, vt per eam homines fiant boni, sicut supra dictum est: * sed homines magis inducuntur ad bonum voluntarij per monitiones, quam coacti per leges. ergo non fuit necessarium leges ponere.

¶ 2. Praeterea. Sicut dicit Philosophus in 5. Ethicorum. † Ad iudicem confugiunt homines sicut ad iustum animatum: sed iustitia animata est melior, quam inanimata quae legibus continetur. ergo melius fuisset, vt executio iustitiae committeretur arbitrio iudicum, quam quod super hoc lex aliqua conderetur.

¶ 3. Praeterea. Lex omnis directiua est actuum humanorum, vt ex supradictis patet: * sed cum humani actus consistant in singularibus, quae sunt infinita, non possunt ea, quae ad directionem humanorum actuum pertinent, sufficienter considerari, nisi ab aliquo sapiente, qui inspiciat singula. ergo melius fuisset arbitrio sapientium dirigi actus humanos, quam aliqua lege posita. ergo non fuit necessarium leges humanas ponere.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in lib. * Etymolog. Factae sunt leges, ut earum metu humana

3.77. art. 2.

Supra q. 91. art. 3. & 2. dicitur. 9. art. 1. cor. ad 1. & ad 5. Et 3. dicitur. 40. ar. 2. q. 92. ar. 1.

Cap. 4. circa mod. 10. 5.

Q. 90. art. 1. d. 2.